







HISTORIA
DE EL
NUEVO TESTAMENTO

Repreſentada en mas de ducientas Eſtampas muy Curioſas, Eſculpidas por los mas celebres Eſculptores de los Payſes-Baxos,

I. LA Vida, Paſſion, y reſurreccion de nueſtro Señor Jeſu Chriſto.
II. Los Actos de los SS. Apoſtoles.
III. El Apocalypſis de San Juan.
IV. La vida de la Santiſſima y puriſſima Virgen MARIA.



V. Los Retratos de nueſtro Señor Jeſu Chriſto, y ſus SS. Apoſtoles, con S. Pablo.
VI. Los Retratos de las mugeres iluſtres de el nuevo Teſtamento.

VII. Para Suplimiento de eſta Hiſtoria, ſiguen aun los Retratos de las iluſtres mugeres, y de los Prophetas de el Antiguo Teſtamento, con ocho eſtampas de la Hiſtoria de Joſia, Rey de Juda. *4. Reg. Cap. 22. y 23.*

AMBERES,

Se viende en Caſa de JUAN BAUTISTA VERDUSSEN.

M. DCC. XXII.


VITA, PASSIO,
ET RESVRRECTIO
IESV CHRISTI,
varijs Iconibus à celeberrimo pictore
Martino de Vos expressa,
ab Adriano Collart nunc primùm in æs incisis.
Ioan Galle excudit Antuerpiæ.
SERENISSIMIS
ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ,
DVCIBVS BVRGVNDIÆ,
PRINCIPIBVS BELGARVM,
Ioan. Adriani Collart et Carolus Collart
Dedicant consecrantque.



2. *Ingreſſus Angelus, ad eam dixit, Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Luc. 1.

M. de Vos inuent. *Corn. Galle ſculpsit.* *Ioan Galle excud.*



3. Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda. et intrauit in domum Zachariæ, et salutauit Elisabeth. Luc. 1.

M. de Vos inuent. Iacob. de Bye sculp. Ioan Galle excud.



4. *Pastores venerunt festinantes; et inuenerunt Mariam et Ioseph, et infantem positum in præsepio.* Luc. 2.

M. de Vos inuent. Ioan. Collaert sculp. Ioan Galle excud.



5. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circuncideretur puer; vocatum eſt nomen eius Ieſus.* Luc. 2.

M. de Vos inuent. Iacob. de Bye ſculp. Ioan Galle excud.



6. *Procidentes adorauerunt eum, et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham.* Matth. 2.

M. de Vos inuent. *Ioan. Baptiſta Barbe ſculp.* *Ioan Galle exc.*



7. Accepit cum in vlnas ſuas, et benedixit Deum, et dixit, Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. Luc. 2.

M. de Vos inuent. *Iacob. de Bye ſculp.* *Ioan Galle excud.*



Ioſeph conſurgens accepit puerum et matrem eius nocte; et ſeceſsit in Ægyptum. Matth. 2.

8. *M. de Vos inuent.* *Ioan. Baptiſta Barbe ſculp.* *Ioan Galle excud.*



Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet a magis, iratus eſt valde; et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, et in omnibus finibus eius. Matth. 2.

9   *M. de Vos inuentor.*   *Adrian. Collaert ſculp.*   *Ioan Galle excud.*

Post triduum inuenerunt illum in Templo in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem eos. Luc. 2.

10. *M. de Vos inuent.* *Iacob. de Bye sculp.* *Ioan Galle excud.*





11\. *Venit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Iohannem, vt baptiſaretur ab eo.* Matthæi 3.

M. de Vos inuent. *Ioan. Collaert ſculp.* *Ioan Galle excud.*



12. *Accedens tentator dixit ei, ſi filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Matth. 4.

M. de Vos inuentor. *Corn. Galle ſculp.* *Ioan Galle excud.*





Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ; et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem et Iesus, et discipuli eius ad nuptias. Ioan. 2.

13. M. de Vos inuent. Ioan Galle excudit.



Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoq; et boues, et numulariorum effudit æs, et mensas subuertit. Ioan. 2.

14. M. de Vos inuent. Iacob. de Bye sculp. Ioan Galle excud.



15. *Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere.* Ioan. 4.

M. de Vos inuent. *Ioan. Baptista Barbe sculp.* *Ioan Galle excud.*



Erat homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, et dixit ei, Rabbi, ſcimus quia a Deo veniſti Magiſter. Ioan. 3.

16. M. de Vos inuent. Iacob. de Bye ſculp. Ioan Galle excud.



Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam piscium. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Luc. 5.

17. M. de Vos inuent. Corn. Galle sculp. Ioan Galle excud.



Socrus Simonis tenebatur magnis febribus; et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperauit febri; et dimiſit illam. Luc. 4.

18. M. de Vos inuent. Iacob. de Bye ſculp. Ioan Galle excud.





Accesserunt ad eum discipuli eius, et suscitauerunt eum, dicentes, Domine, salua nos, perimus. Matth. 8.

19. M. de Vos inuent. Corn. Galle sculp. Ioan Galle excud.



20. *Dæmones rogabant eum dicentes; ſi eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis, ite.* Matth. 8.

M. de Vos inuent. *Iacob. de Bye ſculp.* *Ioan Galle excud.*



21. *Ait Paralytico, Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surrexit, et abijt in domum suam.* Matth. 9.

M. de Vos inuentor. Ioan. Collaert sculp. Ioan Galle excud.

22. *Ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, et tetigit fimbriam veſtimenti eius.* Matth. 9.

M. de Vos inuent. Iacobus de Bye ſculp. Ioan Galle excud.



Dicit Ieſus Surge tolle grabatum tuum, et ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt, et ſuſtulit grabatum ſuum et ambulabat. Ioan. 5.

23. M. de Vos inuent. Iacob. de Bye ſculp. Ioan Galle excud.





Maria accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, et vnxit pedes Iesu; et extersit pedes eius capillis suis. Ioan. 12.

24. *M. de Vos inuent.* *Corn. Galle sculp.* *Ioan Galle excud.*





Videns Iesus turbas, ascendit in montem; et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, et aperiens os suum, docebat eos. Matth. 5.

25. *M. de Vos inuent.* *Iacobus de Bye sculp.* *Ioan Galle. excud.*



26. *Est puer vnus hic qui habet quinq; panes ordeaceos, et duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Ioan. 6.*

M. de Vos inuent. Adrian. Collaert sculp. Ioan. Galle excud.



Assumit Iesus Petrum et Iacobum et Ioannem fratrem eius, et ducit illos in montem excelsum seorsum; et transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

27. *M. de Vos inuent. Iac. de Bye sculp. Ioan Galle excud.*





Adducunt Scribæ et Pharisæi mulierem in adulterio deprӕhensam. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Ioan. 8.

28. M. de Vos inuent. Ioan. Baptista Barbe sculp. Ioan. Galle excud.





Sinite paruulos, et nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorum. Matth. 19.

29. M. de Vos inuent. Iacob. de Bye sculp. Ioan. Galle excud.



Iesus voce magna clamauit; Lazare, veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus. Ioan. 11.

30. *M. de Vos inuent.* *Iacob. de Bye sculp.* *Ioan. Galle excud.*





Et inuenit Iesus asellum, et sedit super eum, sicut scriptum est; Noli timere filia Syon, Ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ. Ioan. 12.

31. *M. de Vos inuentor. Adrian. Collaert sculp. Ioan. Galle excud.*



32. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Matt. 24.

M. de Vos inuent. Iacob. de Bye ſculp. Ioan Galle excud.



Vidit Ieſus quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo: Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, pluſquam omnes miſit. Luc. 21.

33. *M. de Vos inuent.* *Iacob. de Bye ſculp.* *Ioan Galle excud.*



Cœnantibus eis accepit Iesus panem, et benedixit ac fregit; deditq; discipulis suis, et ait, accipite et comedite; hoc est corpus meum. Matth. 26.

34. M. de Vos inuentor. Adrian. Collaert sculp. Ioan. Galle excud.



Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus; Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit ei Iesus, Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Ioan. 13.

35.

M. de Vos inuentor. Adrian. Collaert sculp. Ioan. Galle excud.



36. Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Matth. 26.

M. de Vos inuent. Corn. Galle sculp. Ioan. Galle excud.





Qui autē tradidit eū, dedit illis ſignū, dicens, Quemcumq; oſculatus fuero, ipse eſt, tenete eū. Et confeſtim accedēs ad Ieſum, dixit, Aue rabbi. Matt. 26.

37. *M. de Vos inuent.* *Cornelius Galle ſculp.* *Ioan. Galle excud.*



Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit: Quid adhuc egemus teſtibus. Matth. 26.

38. M. de Vos inuentor. Adr. Collaert ſculp. Ioan. Galle excud.





39. *Mane consilium facientes summi Sacerdotes cum Senioribus et Scribis, vincientes Iesum, duxerunt et tradiderunt Pilato.* Marci 15.

M. de Vos inuentor. Ioan. Baptista Barbe sculp. Ioan. Galle excud.



Vt cognouit Pilatus quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus. Luc. 23.

40. M. de Vos inuent. Iacob. de Bye sculp. Ioan Galle excud.




Vulneratus ſt propter iniquitates. noſtras, attritus ſt propter ſcelera noſtra: Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, et liuore eius ſanati ſumus. Iſai. 53.

41. *M. de Vos inuentor. Adrian. Collaert ſculp. Ioan Galle excud.*



Plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, et arundinem in dextra eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei. Matth. 27.

42. M. de Vos inuent. Ioan. Collaert ſculp. Ioan Galle excud.



43. *Exiuit ergo Iesus portans coronam ſpineam, et purpureum veſtimentum. Et dicit eis Pilatus; Ecce homo.* Ioan. 19.

M. de Vos inuent. *Ioan. Bapt. Barbe ſculp.* *Ioan. Galle excud.*



Pilatus accepta aqua, lauans manus coram populo, dixit, Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. vos videritis. Matth. 27.

44. *M. de Vos inuentor. Adrian. Collaert ſculp. Ioan. Galle excud.*




45. *Suſceperunt autem Ieſum et eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum.* Ioan. 19.

M. de Vos inuentor. Adrian. Collaert ſculpſit. Ioan. Galle excud.



46. *Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum.* Luc. 23.

M. de Vos inuentor. Adr. Collaert ſculp. Ioan Galle excud.



In Caluariæ loco crucifixerunt eum, et cum eo alios duos, hinc et hinc, medium autem Iesum. Ioan. 19.

47. M. de Vos inuent. Adrian. Collaert sculp. Ioan Galle excud.



48. *Vir nomine Ioſeph ab Arimathæa corpus Iesu depositum inuoluit ſindone, et poſuit eum in monumento exciſo.* Luc. 23.

M. de Vos inuent. Ioan. Collaert ſculpsit. Ioan Galle excud.



Accepto corpore Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda: et poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Matth. 27.

49. M. de Vos inuentor. Ioan. Collaert ſculp. Ioan. Galle excud.



Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino. Ecclesi 24.

50. M. de Vos inuent. Adrian. Collaert sculp. Ioan Galle excud.



Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Roman. 6.

51. *M. de Vos invent.* *Adrian. Collaert sculp.* *Ioan Galle excud.*


ACTA APOSTOLORVM,
ELEGANTISS. MONOCHROMATIS A DVOBVS
PRAESTANTISS. PICTORIB. BELGIS SVM-
MO ARTIFICIO DELINEATA: A MARTI-
NO HEMSKERCHIO HARLEMENSI NEMPE,
QVI EA INCHOAVERAT, ET IOHANNE STRA-
DANO BRVGENSI, QVI EA ABSOLVIT.
Ioannes Gallęus edidit Antuerpię.
Ut Chriſtus ſummi ſubijt palatia cæli
Pectoribus ſua dona pijs infudit, ut ipſum,
Per varios caſus per mille pericula vitæ
Omnibus in terris vario ſermone ſonarent.


MATHIAS AD APOSTOLATVM ELIGITVR. Act. 1, 23 et 26.
Martinus Heemskerck Inuentor
Iam Dominus celos adscenderat alma precantes
Numina, constitunt Ioseph cognomine Iustum,
Matthiamq; chorum duodenũ vt suppleat alter
Illorum numerum, et petijt sors alma Mathiam. Ac. Cap. 1, 23. et 26.
1.



2. Ioan Stradanus inuen.
Ioan. Galle excudit.

Spiritus æthereâ descendens Sanctus ab aulâ
Irradiat fulgore locum, verbiq; sacrato
Imbuit ora calor, capiunt noua vasa liquorem
Æthereum, crescitq; gregis pia forma nouelli. Acto.2.3.



En datur in flamma Jordanis ab amne columba
Solaq; fit doctrina fides, quibus igne magistro
Est data materies: natiq; opulentia verbi
Prodijt, et veram portauit in ethera carnem. Act Cap. 2, 4.

3.



Primus ad has Petrus, populo mirante loquēlas
Protulit, vt sancta Christus de virgine natus
Malluit ipse mori et ligno suspendier insons,
Quam genus humanum tenebris damnetur Auerni. Ac. Cap. 2, 14.

4.


RECENS CONVERSI BAPTIZANTVR. Act. 2, 41.
Martinus Heemskerck Inuentor.
Hic primùm post iussa Dei Baptismatis vsus
Exoritur, data iura probans, In nomine Patris,
Spiritus, et Nati, dum sacro fonte cucurrit
Gratia, et immensę Domini bonitatis origo.
5.
Act. Cap. 2, 41.



6. Claudus erat miserę natus genitricis ab aluo,
Octo lustra gerens perfracto in corpore morbum,
Quem Petrus blanda vt compellat voce, salutem
Et priscum membris dat summo numine, robur. Ac. Cap. 3. 2.



Occidit infelix Ananias crimine falso,
Suppliciōq; pari percussa est impia coniunx.

Clam proprium retinere magis, quā demere fas est:
Non cœleste potest aut falli, aut fallere numen.

Ac. Cap. 5. 10.

7.



8. Detentos morbis egros per compita paßim
In lectis portant, sua quâ vestigia Petrus
Parte locat, sanos reddebat corporis umbra
Fusa Petri cunctos vitijs noxisq; resoluit.


Ac. Cap. 5. 14. et 15.



Carcere clauduntur nigro mandãte Senatu
Discipuli, sed lux Diuina repagula portę
Perfregit, duxitq; viros ad limina templi,
Sacra quibus iußum est mijsteria pandere Christi. Ac. Cap. 5. 18.

9.


S. STEPHANVS IN CONCILIO CONDEMNATVS LAPIDATVR. Act. 6, 13. 7, 15.
Martinus Heemskerck Inuentor.
Emicat en Stephanus, primus qui in agone coronā
Commeruit, sanctę de quo prenuncia palmę
Vox cecinit, Christi pro nomine sanguine fuso
Astra patere, videt nam celos Martyr apertos.
10.
Ac. Cap. 7. 55.



M. Hemskerck inuentor.
11.

Obrutus insanis saxis celestia Martijr
Premia fert primus, primamq; in agone coronam

Carceribus Christi clauduntur sacra professi,
Et Stephani corpus luctu imposuere sepulchro. Act. 8. 1. et 2.



SAMARITANI CONVERTVNTVR, ET BAPTIZANTVR. Act. 8, 14.

M. Hemskerck inventor.

Spiritus etherea descendit ab axe, Philippo
Et Petro imponente manus, Sammaria verbum
Accepit fidei cuncti baptismatis undis
Abluti, accipiunt sancto cum flamine verbum. Act. Cap. 8. 5.

12.



PHILIPPVS EVNVCHO ÆTHIOPI FIDEM CHRISTI PRÆDICAT. Act. 8,35.

M. Hemskerck inuentor.

Angelus alloquitur plenum virtute Philippum,
Australem celerare viam, quà spado iugatis
Æthiopum ferebatur equis, cui dogmata sancta
Exponit, veramq; fidem dictumq; Prophetæ.

13. Ac. Cap. 8, 13.



Conspectis constanter aquis, ardescere cepit
Ennuchi fecunda fides, qui gurgite mersus
Antiquos posuit lapsus, et nomine Christi
Testatur totum purgatum lapsibus orbem. Ac. Cap. 8. 36.

14.


SAVLVS E CÆLO TERRETVR ET CÆCITATE PVNITVR. Act. 9. 8
Mart. Heemsk. Inuentor.
Philippus galle fecit
Paulus acerba fremens miseris fratra bella ciere
Judaica feritate parat, sed corpore lapsus
Post maiora videt legisque excitus ab vmbra
Sub qua cęcus erat, regiones lucet in omnes.
Ac. Cap. 9, 8.
15.



Et fidei documenta sacrę dum predicat, omnem
Conuertit populum, cui gens Iudea proteruè
Insidias parat, et nascenti obsistere tentat
Ecclesię At Paulus demißus funibus exit.

16.

Act. Cap. 9. 25.



17. Peruigil et Petrus Lydę peragrauerat arua
Respicit Æneam luxatis viuere membris,
Surge, ait, in Christi, Paralytice, nomine: moxq;
Surgit, et officium firmatus robore pręstat. Ac. Cap. 9, 34.




18.

Petrus vt ingreditur Joppen, vi numinis alti
Restituit vitę (populo spectante) Tabitham,

Laudauitq; Deum, quòd per miracula sancta
Dignetur fidei firmare exordia nostrę.

Ac. Cap. 9. 40.



Io. Strada. inue.
Io. Galleus. excu.

19.

Cesareâ prefectus erat Cornelius vrbe
Centurio Gentilis, adit quem missus ab astris

Angelus, et Petrum iubet accersirier, illi
Ordine qui referat fidei mysteria Christi Acto. Cap. 10, 3.


D. PETRVS DE GENTIVM VOCATIONE VISVM HABET. Act. 10. 11.
Jo. Strada. inue.
Io. Galleus. excu.
Ardua dum Petrus Cenacula ſcandit, et orans
Jam medio torrente die, conſpexit apertum
Et celum atq; genus volucrum, pecudūq; recluſum,
Ceſaream petiſt baptiſans fonte renatos.
Acto. Cap. 10. 10.
20.



21.

Cesareâ venerandus erat Cornelius vrbe,
Qui tota cum gente sacro est baptismate tinctus,

Tum primùm fidei sublimia dogmata Petrus,
Et docuit cunctis celestia regna patere.

Acto. 10, 34.



Ense iubet tereti caput a ceruice Jacobo
Auferri Herodes, luget Ecclesia, dextras

Inijcit in Petrum, quem carcere claudit aheno,
Quod populo gratum Iudeo nosceret esse.

Acto. Cap. 12, 3.



Jo. Strada. inue.
Io. Galleus. excu.

23\. Clauditur obscuro dum Petrus carcere, lumen
Angelus ex astris infert, sua vincula postes

Laxant, et cedunt diuino ferrea Petro
Ostia, ab occluso celebrantur gaudia cętu. Acto. Cap. 12, 7.



24. Jo. Strada. inue. Ia. Gallus excu.

Ipse vagè postquam peragrarat littora Cypri,
Firmaratq; fidem Paulus Proconsulis, atro

Demone perdoctus, Christi dum fallere dogma
Nititur, en oculis Elymas priuatur ineptus.

Acto. Cap 13, 19.



Io. Strada inue.
25. I. Galleus excudit.

Ipse Lÿcaonios peragratus passibus agros
Lijstram Paulus adit, speculatus pectore claudum,


Surge ascitus ait, qui rectis gressibus instans,
Diuinos sanus Paulo largitur honores. Acto. Cap. 14. 8.



Ioan Stradanus inuen.
Ioan Galle excudit.
26.

In Macedûm terris, ad menia nota Philippi,
Cùm docet eterni Paulus mysteria Christi:

Sub stimulo Pythonis, ait, bachata puella,
Doctorem, veriq; Dei Paulum esse ministrum. Acto. 16, 17.



Jo. Strada. inue.
Io. Galleus. excu.

Contremuit subitò detentis carcere tellus
Et Paulo, et Sila, subitoq. fragore refracti

Carceris attonitus custos parat ense corusco
Accelerare sibi fatum, sed fonte lauatur. Acto. 16, 27.

27.



SVDARIA ET SEMICINCTIA D.PAVLI MIRACVLA PATRANT. Act.19.1

Ioan Stradanus inuentor.

Ipsa graues tollunt Pauli sudaria morbos,
Febrilesq; leuant Pauli semicincta calores.

Excorcistarum conflantur in igne libelli
Et Sathan in magicos seuit crudeliter omnes. Acto.19.12.

28.





Jo. Strada. inue.
Io. Galleus. excu.

Protrahit in mediam paulus dum dogmata noctem,
Et vitę precepta docet sermone diserto:

Exanimis iuuenis tabulis delapsus ab altis,
A Paulo in vitam rursus reuocitur euntem. Acto. Cap. 20, 10.

29.



D.PAVLVS E MANIBVS IVDÆORVM ERIPITVR
ALIOQVI OCCIDENDVS. *Act. 21, 32.*

Nobile cùm templum Salomonis Paulus adire
Ceperat, et veteris solemnia reddere legis,

Corripit hunc Judea manus rabidoq; tumultu
Conclamat necis eſse reum, tum carcere claudi. Acto. 21, 32.

30.


D PAVLVS IN CONCILIO ALAPA PERCVTITVR.
Jo. Stra inuen.
I. Galleus excu.
Ipse Sacerdotum Princeps exosus adacta
Dogmata diuini Pauli, Iubet ora loquentis
Constricto pugno cedi Tribunus at ipse
Imperat vt Paulum deducant tramite tuto. Acto. Cap. 23, 2. et 3.
31.



32.

Facta repromißi Spes ſummo à Numine. Paulum.
Crimine ſubiectum dedit, et Spes Ipſa Iudæos
Concitat in Paulum: innocuum dimittit Agrippa,
Ni ſtatui coràm petiſſet Cæſare Paulus. Acto 25: 25.



D.PAVLVS A VIPERA NIL LÆSVS, DEVS ESSE CREDITVR. Act. 28.

Ioan. Stradanus inuen.
Ioannes : Galle excu
33.

Pelleret vt Paulus crescentia frigora membris,
Contulerat sarmenta focis, cui vipera dextram
Dente petit frustrà, cuius de fomite crescens
Est accensa fides, fidei quoq; sensibus ardor. Acto 28. 3.



Signa videt miranda, sacro dum pectore pathmi
Ioannes Christi verba fidemq; docet
Felix ille animi qui nocte dieque reuoluit
Verba dei memori cunctaque mente tenet.

Ioan Galle excudit. Cap 1.9. 1.



Signa videt: miranda sacro dum pectore Pathmi
Ioannes Christi Verba fidemq; docet
Astra Videt septem totidem candelabra et ēsē
Ancipitem Sancti qui exit ab ore Viri.

Cap.1.12. 2.



Explicat agna librū mortem perpessa ligatum
Primates agnum cælicolæque canunt
Ex cunctis aperire librū dignissimus agne es
Sanguine nāq; tuo turba redempta sumus

Cap. 4 et 5. 3.



Quanta per humanas pœnarum incōmoda gentes
Grassentur breuiter clara figura docet
Præsto Tyrānis adest sequitur cædesque famesque
Terribili tum: mors omnia falce metit.

Cap 6.2. 4.



Quin etiam horribili quassatur maxima motu
Terra tremens Lumen Lunaq; solque negat
Stellarūq; cadunt de cælis vndiq; flammæ
Impia sub saxis turba latere cupit. Cap 6.9

5.



Gentibus e cunctis signantur millia multa
Qui propter dominum sustinuere crucem
Dum firmata satis reddatur sancta piorum
Turba solet prauis parcere sæpe Deus.

Cap. 7.1. 6.



Quiſque tubā tribuēte Deo capit āgelus ingens
Hinc mortale ſubit pœna tremorq; genus
Mox e thurribilo ſacer ignis iactus in imum
Concitat et tonitru et cuncta tremore quatit.
Cap 8: vers. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 7.



Ut prima increpuit ſonitum tuba grandine dura
Sternuntur ſegetes et ſata læta boum
Quin etiam horrendis totus micat ignibus æther
Roreque ſanguineo tota madeſcit humus. 8.
Cap. 8. 7.



Ore ſed angelico reſonans tuba quarta, malorum
Terrorumque homini cauſa tremenda fuit
Namque ſuum lumen Sol terris denegat, atque
Luna caret radijs aſtraque nigra latent.
Cap. 8. 13. 9.



Angelus ut quintus ſignum dedit ære canoro
Heu ſævus gentes undique terror habet
Et barathro horribiles vultuq; armiſque locuſtæ
Per quinos menſes terrea regna premunt.
Cap. 9. 1. 10.



Mox ſexta reſonante tuba de carcere miſſi
Bis bini genij: quilibet enſe ferit.
Millia multa equitum ferroque igniq; tremenda
Ecce ruunt hominum tertia parſq; cadit. Cap. 9. 15.
11.



Angelus en fortis cœleſti accedit ab arce
Qui terram calcat qui pede calcat aquas
Infrendenſque ferox ſinuoſa volumina profert
Oblatum iuſſum deuorat ille librum
Cap. 10. 1. 12.



Corrupti Vates metitur limina templi
Et dominus testes exhibet inde duos
Bestia quos laniat laniatos excitat ipse
Omnipotens cœli et scandere summa iubet. 13.
Cap 11. ver. 3 ad 12.



Matre suum pariente Draco Vult perdere natum
Angelica immanem perdidit huncce cohors
In cœlo pax est terras discordia Vexat
Excitat in sanctos prælia sæua Draco.
Cap 12.1. 14.



Septenis capitum monstris se bestia profert
Totius hanc mundi regna prophana colunt
Huic agni specie similis sed Voce draconi
Insequitur signis bestia fœda potens
Cap. 13.1. 15.



In sancto iam monte Sion sanctissimus agnus
Astat, et hunc Circum Cantica Læta sonant
Ecce Babel tandem cadit agno gloria cedit
Ergo sequens agnum quisque beatus erit.
Cap. 14.1. 16



Messis ne dubita. Veniet, qua denique Christus
Eijciet regno scandala cuncta suo
Pura cohors agnum sequitur, lethumque piorū
Est felix segetem falx metit atque botros
Cap. 14. 14. 17



Cœlesti ex septem Venientes arce ministri
Septem pœnarum pocula plena gerūt
Hæc simul effundunt his bestia tangitur ingens
Quę turpes ranas ore patente Vomit
Cap. 15. et. 16. 18.



Immani vehitur meretrix obscœna Dracone
Aurato calici mixta Venena ferens
Cuius in immensum trepidanda potentia surgit
Hanc cupiunt Reges hanc cupiuntque Duces
Cap. 17. 2. 19.



Deuastata iacent Babylonis mœnia clamat
Angelus et meretrix pressa dolore perit
Mercantes lugent summi lugentq; Monarchæ
Hæc propter fœdæ tristia fata lupæ.
Cap. 18. 1. 20.



Impia dispereunt maledicti cuncta Draconis
Agmina, iam pœnę te draco sæue premunt
Et Verbum Domini penes est Victoria lætis
Plausibus esca auibus turba prophana iacet.
Cap. 19. 11. 21.




Tartareo immanis conclusus carcere serpens
En dico premitur bestia sæua iugo
Hinc post mille fremens se cursus ateriget ãnos
Eius at ista breuis regna furoris erunt 22
Cap. 20. 1.



Ut fuerit Satanas cum Gog detrusus in Orcum
Sic quoque pallida mors hęc tibi charta refert
O lætam lucem Satanæ mundique Tyrannis
Quando erit electis non metuenda magis.
Cap. 20. 10. 23.



A. Johanne noui cœli et noua terra Videntur
Atque Urbis Solymæ mœnia pulchra nouæ
Quin etiam Vitæ fluuij sunt illa piorum
Mœnia cœlestis quæ paradysus habet. 24
Cap. 21. 1.


VITA B. MARIÆ VIRGINIS.
Beatæ, intactæ, semperq; Virgini Mariæ, ex semi: ne Abrahæ, ortæ de tribu Iu: da, claræ ex regia stirpe Dauid, inter filias Hierusalē forma speciosissimæ, in mulie: ribus a sæculo natis bene: dictæ; Reginæ cœlorum, Do: minæ Angelorum, Dei cœli et terræ Creatoris, Patris om: nipotentis, filiæ amantissimæ, eiusq; ab æterno filij dilectissimi, Iesu Nazareni, Iudicis vivo: rum et mortuorum Matri, vni: cè charissi: mæ suæ ipsius
vitae, inter cæte: ras immacu latae nobile spectaculum hisce iconi: bus deline: atum,
Adrianus Collaert humilis & indignus servus, vt Patronæ suæ, nec non artificij sui apud Dominum auxiliatrici, sculpsit, excudit, et sacrauit.
Ioannes Galle excudit.

ADFVIT Ó CONIVX CLARO DIMISSVS OLYMPO
NVNCIVS, ET SOBOLEM VERBIS PROMISIT APERTIS.

Ioannes Stradanus inuentor. Adrian. Collaert sculp. Io. Galle exc.



NATA RECENS, QVANTOS, Ô QVANTOS ANNA PER VMBRAS
EMITTIT CLARO RADIOS VIRGVNCVLA VVLTV?

Ioan. Stradanus inuentor. Adrian. Collaert sculp. Io. Galle exc.


HOSTIA SPRETA PATER QVONDAM TEMPLOQVE REMOTA,
HANC MERVIT QVAM PROINDE DEO TEMPLOQVE DICAMVS.
Ioannes Stradanus inuentor. Adrianus Collaert sculp. Io. Galle exc.


VIRGINEAM CONTINGE MANVM, SED VIRGINIS OLIM
ESSE TVÆ CVSTOS, QVAM CONIVX SPONSE MEMENTO.
Ioan. Stradanus inuent. Adri. Collaert sculp. Ioa. Galle exc.




CVM TE DIVS AMOR COELESTI AFLAVERIT AVRA,
EXCIPIES NATVM GREMIO VIRGVNCVLA CASTO.

Ioan. Stradan. inuent. *Ioan. Collaert sculp.* *Ioannes Galle excud.*



VT TVA VIRGO MEAS SVBIIT VOX CLARIOR AVRES,
EXILIIT GRAVIDA PROLES SEMESTRIS IN ALVO.

Ioan. Stradanus inuentor. *Adrian. Collaert sculp.* *Io. Galle exc.*



FERTE ROSAS, VIOLASQVE CITI, DATE LILIA, COELO
LAPSA ORBI SOBOLES, VILI IACET INDIGA FOENO.

Ioann. Stradanus invent. Adrian. Collaert sculp. Io. Galle exc.



ASPICE QVEM FERIAS, VEL CVI DIVINE SACERDOS,
IMPINGAS SILICEM, MVNDI HIC SERVATOR IESVS.

Ioannes Stradanus inuent. Adrian. Collaert sculp. Io. Galle exc.

MYSTICA TRIGEMINO REGIQVE, HOMINIQVE, DEOQVE
MVNERE DONA FERVNT SACRA AD CVNABVLA REGES.

Ioan. Stradan. invent. *Adrian. Collaert sculp.* *Ioa. Galle exc.*



MORTALI SIMILIS DEVS HIC, MORTALIS ET IPSE
SISTITVR ANTE ARAS, COELI QVI PRÆSIDET ARIS.

Ioannes Stradanus inventor. *Adrianus Collaert sculpsit* *Io. Galle exc.*




IAM FVRIT HERODES MATREM CITVS ERIPE FATIS,
ET PVERVM PETE NILIACAS VAGVS EXVL ARENAS.

Ioannes Stradanus inuentor. Ioan. Collaert sculp. Ioannes Galle excudit.

Ô FILI, Ô VERE NIMIVM LECTISSIME FILI,
QVIS MIHI TE, QVIS TE RAPVIT, QVISVE ABSTVLIT ERROR.

Ioan. Stradan. inuent. Adrian. Collaert sculp. Io. Galle exc.





Ô MVLIER MISERATA TVVM TRISTEM ASPICE NATVM,
TV QVOQVE CASTE PVER TRISTEM NE DESERE MATREM.

Joannes Stradanus inuentor. *Adrian. Collaert sculp.* *Io. Galle exc.*



FLETE VIRI LACHRYMISQVE VIAM LAXATE VOCATIS,
HOC IVBARE EXTINCTO DIRVS MVNDO INGRVET HORROR.

Ioan. Stradan. inuent. *Adrian. Collaert sculp.* *Ioa. Galle exc.*




STATE VIRI, LACHYMISQVE MODVM IAM PONITE, COELO
ALTIVS EVECTVM MVNDI IVBAR EXIMET VMBRAS.

Ioan. Stradanus inuentor. Adrian. Collaert sculp. Io. Galle exc.



VENI DE LIBANO SPONSA MEA, VE-
NI DE LIBANO, VENI: CORONABERIS.

Ioann. Stradanus inventor. Adrian. Collaert sculp. Io. Galle excud.





IOANNIS IV. V. 42.



EPISTOLA. B. PETRI. CAP. I. V. I.


EVANG. IOANNIS. CAP. I. V. 40.
IHWIN


ACTVS APOSTOLORVM.
CAP. XII. V. 2.


EPISTOLA. B. IOANNIS. CAP. I. V. 1.




ACTVS. APOSTOLON.
CAP. VIII. V. 5.


S. BERTHOLEMEVS.
MARCI. CAP. III. V. 18.
H.W.IN.


EVANG. IOANNIS. CAP. XI. V. 16.




S. MATTHEVS.
MARCI. CAP. III. V. 16
EPISTOLA B. IACOBI. CAP. I. V. 1.
1574
EPISTOLA.
B. IVDÆ. AP. CAP. I. V. 1.
IHW. INVEN


S. SIMON, MARCI. CAP. III. V. 18.


ACTUS APOSTOLORUM CAP. I. V. 26.


EPISTOLA. B. PAULI ad ROMAN. CAP. I. V. 1




ICONES
ILLVSTRIVM FEMINARVM NOVI TESTAMENTI,
A
Philippo Gallæo collectæ atque expressae;
A Cornelio Kiliano Dufflaeo versibus breuiter explanatæ.

Dominæ Margaretæ Boogaerts, vxori chariss. D. Ioannis de Drenckwairt, viri equestris Ordinis, Baronis de Dormale, Praefecti Regiae Maiestatis ærarij, has illustrium Feminarum Noui Testamenti Icones Philippus Gallæus officiosè dedicat.

Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illorum duplex. Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit.
Ecclesiastic. 26.

Ioannes Galle excudit.






MARIA VIRGO, MATER DEI.
Virgo Dei genitrix MARIA *intemerata, salutem*
1. *Humano generi lætitiamque tulit.*



S. ANNA.
ANNA *Dei Matris Mariæ sanctissima mater,*
2. *Præmonitu sobolem concipit Angelico.*






ELISABETH ZACHARIAE.

3. Cognatam ELISABETH simul ac Maria ore salutat,
Utraque conceptu est exhilarata sacro.





ANNA PROPHETISSA.

4. ANNA pudica, modesta, senex vidua, atq; prophetis,
In templo Dominum nocte dieq; colit.



MVLIER SAMARITANA.

5. SAMARIAE MVLIER regionis, aquas ab Iesu
Viuas ex viuo prouida fonte petit.





MVLIER ADVLTERA.

6. *Adducta à vafris* MVLIERCVLA ADVLTERA *Scribis*
Ad Dominum, Domini libera sentit opem.



MVLIER FLVX. SANG. LAB.


Sanatur, vestem simulac contingit Iesu,
7. *Quæ patitur fluxum* FOEMINA *sanguineum.*



MVLIER CANANÆA.

Vota precesque CANANÆÆ *pius audit Iesus:*
8. *Fitque fide matris filia salua suæ.*





MVLIER INCLINATA.

9. A Christo MVLIER sanatur corpore CVRVA,
Laude salutiferum prosequiturque Deum.



MARTHA.

10. Hospitio Christum MARTHA officiosa receptat;
Et natum veri prædicat esse Dei.



MARIA MAGDALENA.

11. MAGDALENA pedes Domini lachrymis rigat; inde
Crinibus abstergit moesta dolensque suis.





MARIA IACOBI.
Filio utrique locum in cœlis MARIA ausa IACOBI
12. Poscere, diuino commonita ore fuit.



MARIA SALOME.
Vngendi causâ Christi MARIA alma SALOME
13. Cum reliquis pariter, sole oriente, venit.




TABITHA.
Mortua quæ fuerat, rediuiua TABITHA resurgit,
14. Petri voce, aperit lumina, membra leuat.





LYDIA PVRPVRARIA.
15. *Attentè diui verba audit* LYDIA *Pauli;*
Baptismiq; sacræ fonte lauatur aquæ.



ICONES
ILLVSTRIVM FEMINARVM VETERIS TESTAMENTI,

A
Philippo Gallæo collectæ atque expressæ:
A Cornelio Kiliano Dufflæo versibus breuiter explanatæ.

ORNATISSIMÆ PRÆSTANTISSIMÆQVE
D^æ Paulinæ Schootæ, D^i Engelberti Masij, in summo Machliniæ Consilio Consiliarij prudentissimi, vxori charissimæ, has Illustrium Feminarum veteris Testamenti Icones Philippus Gallæus officiose dedicat.

Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.
Prouerb. 31.

Ioannes Galle excudit.



EVA.
1. *EVA patri compar protoplasto data coniux,*
Prima hominum genitrix, prima virago fuit.



SARA.

2. SARA Abrahæ paret vetulo officiosa marito:
Isacum anus mater concipit atque parit.



REBECCA.


3. Isaci amans coniux prudens solersq; REBECCA,
Esau postponit, teque Iacobe fouet.



LIA.

LIA Iacobi vxor patriarchæ, filia Laban,
1. Germanæ sponso est nocte potita suæ.





RACHEL.

5. Cauta RACHEL, Liæ soror, atq; marita Iacobi,
Occultat patrios, clam fugitiua, deos.



THAMAR.

6. Bella THAMAR, luctu posito, velata theristro,
Cum Iuda socero dissimulata coit.




MARIA.

7. Aronis Mosisque soror MARIA; æquore mersis
Hostibus; exultat, tympana pulsat ouans.



RAHAB.

8. *Exploratores recipit, celatque receptos,*
Seruet vt incolumem seq; suosq; RAHAB.


DEBORA.

9. *Iustitia & bello pollens DEBORA prophetis,*
Summa Israëlem sedulitate iuuat.



IAHEL.

10. *Sisaræ iniqui hostis pertundere tempora clauo*
Ausa IAHEL, celebri nomine nota viget.







MATER SAMPSONIS.

11. *Coelesti MATER SAMPSONIS voce docetur,*
Quem, ſtatuente Deo, ſit genitura parens.



ANNA.

Quæ ſterilis fuerat, triſtis Dominum inuocat ANNA,
12. *Et Samuelem edit, læta dicatque Deo.*



RVTH.


RVTH spicas in agro, non cognita, colligit: inde
13. *Noscitur affinis, fitque marita Booz.*



ABYGAIL.

14. *Dauidem placat Nabalj coniux* ABYGAIL:
Dauidis consors postmodo facta thori.





ABELAE MVLIER.

ABELÆ MVLIER sapiens, Sibæ caput, vrbem
15. *Ioab cingentj curat ab vrbe dari*




SARA.

SARA *vxor Tobiæ septem viduata maritis,*
16. *Cum lachrymis fundit nocte dieq; preces.*



MATER MACHAB.

20. *Hæc* MACHABÆORVM MATER *septem inclyta fratrum,*
Legis amans patriæ, fortiter occubuit.




ICONES
MOYSES.
PROPHETARUM.
Dux populi, Legisque dator, quem regia virgo
Vix natum rapido flumine fortè tulit.
à Ioanne Stradano delineatæ
à C. Galleo sculptæ.
2.


DAVID.
Israelidum Princeps ingentia colla Gigantis
Dissecui, et cecini facta stupenda Dei.
3.


ISAIAS.
Cum Seraphim Dominum celebrassent, a Seraph vno
Admota est labris, forcipe, pruna meis.
4.


IEREMIAS.
Defleo Iudææ cladem, Solymæque ruinam:
Ad Dominumq; velint, quæso, redire suum.
5.


BARVCH.
Aduentum Christi in carnem, postremáq; mundi
Tempora prædico, præmoneoq; pios.
6.


EZECHIEL.
Quattuor in medijs describo Animalia flammis,
Horribilesque Rotas, ætheriumq; Thronum.
7.


DANIEL.
Spelæo inclusus (sic Rege iubente) Leonum, Numinis auxilio liberor incolumis.
8.


OSEE.
Accipe Adulteram, ait Dominus mihi: id exsequor: illa, Facta Vxor, proles concipit atque parit.
9.


IOEL.
Explico Iudææ quid terræ Eruca, Locusta, Bruchus, Rubigo sint paritura mali.
10.
AMOS.
Primo equidem Pastor, factusq; deinde Propheta, In Vaccas pingues invehor et Proceres.
11.


ABDIAS.
Vos ego Idumæos et Gentes arguo: vobis
Nuntio luctificum prouidus interitum.
12.


IONAS.
A Ceto absorptus lateo noctesque diesque
Tres ventre in piscis: tum Niniuen venio.
13.


MICHAEAS.
Plango, et vt Israel mœstus meũ, rogo, plangat.
Christi ortum, et magni iussa reuelo Dei.
14.


NAHVM.
Expono Niniuen maneat quæ pœna relapsam.
Euertendam aio funditus Assyriam.
15.

HABACVC.

Te Babylon, Babylon; te te Chaldaee Tyranne Arguo: at in psalmis te Deus alme cano.

16





ZACHARIAS.

Quid vir rufo in equo, quid equi rufi, varij, albi
Sint, sancte indicijs Angele disco tuis.

19.

ELIAS.

Iſrael, ipſe ego, qui Currus, qui Auriga, petiui
Ætheris ignitis ſidera celſa rotis.

22.




NATHAN.
Qui reus vnicæ ouis, reus est (te iudice) mortis,
Tu Tu, vir ille es, Tu quoque iure reus.
Lib. 2. Reg. cap. 12.
24.


SAMVEL.
Et Iudex, vatesque fui, elatoque Sauli
Nequicquam toties, optima verba dedi.
Lib. 1. Reg. cap. 3. et alys.
25.


AHIAS.
Vxor Ieroboam (quà non simulatior vlla) Ingredere, et laruas, dico, relinque tuas.
Lib. 3 Reg. cap. 14
26.
GAD.
Elige, vel bellum, pestemue, famemue tuorum, Grande fuit, populum te numerasse nefas.
Lib. 2. Reg. cap. 24.
27.




CVM LEGISSET SAPHAN LIBRVM LEGIS CORAM IOSIA REGE, ET AVDISSET REX VERBA LIBRI LEGIS DOMINI, SCIDIT VESTIMENTA SVA. 4. REG. 22, 10. CAP.


2
MARTINVS HEEMSKERCK INVENTOR
STETIT REX SVPER GRADVM, ET FŒDVS PERCVSSIT CORAM DOMINO; LEGITQVE
CVNCTIS AVDIENTIBVS VERBA LIBRI FŒDERIS. 4. REG. 23.2. CAP.



PRÆCEPIT REX, VT PROIICERENT DE TEMPLO DOMINI OMNIA VASA QVÆ FACTA FVERANT BAAL / ET DELEVIT ARVSPICES ET EOS QVI ADOLEBANT INCENSVM BAAL. 4. REG. 23. 4 et 5. CAP.




ABSTVLIT REX EQVOS, QVOS DEDERNT REGES IVDA SOLI, CVRRVS AVTEM SOLIS COMBVSSIT IGNI. 4. REG. 23, 11. CAP.




EXCELSA QVOQVE, QVÆ ÆDIFICAVERAT SALOMON ASTAROTH IDOLO SIDONIORVM, ET CHAMOS OFFENSIONI MOAB/
ET MELCHOM ABOMINATIONI FILIORVM AMMON/ POLLVIT REX ET CONTRIVIT. 4. REG. 23. 13. CAP



ALTARE QVOD ERAT IN BETHEL / ET EXCELSVM QVOD FECERAT IEROBOAM FILIVS NABOTH, DESTRVXIT REX,
ET TVLIT OSSA DE SEPVLCHRIS, ET COMBVSSIT EA SVPER ALTARE. 4. REG 23, 15. et 16. CAP



OCCIDIT REX VNIVERSOS SACERDOTES EXCELSORVM, QVI ERANT IBI SVPER ALTARIA, ET COMBVSSIT OSSA HVMANA SVPER EA. 4. REG. 23, 20. CAP.


MARTINVS HEEMSK:
ERCK INVENTOR
8
PRÆCEPIT REX OMNI POPVLO DICENS / FACITE PHASE DOMINO DEO VESTRO, SECVNDVM QVOD SCRIPTVM EST
IN LIBRO FÆDERIS HVIVS . NEC FACTVM EST PHASE TALE A DIEBVS IVDICVM . 4 . REG. 23, 21. et 22. CAP.





Gerardus Segers pinxit SALVATOR MVNDI *Mart. vanden Enden excud. Antuerp. Cum priuilegio Regis*



S. PETRVS *Mart. vanden Enden excud Antuerp. Cum priuilegio Regis*

Gerardus Segers pinxit



S. ANDREAS.

Mart. vanden Enden excud. Antuerp. Cum priuilegio.



S IACOBVS MAIOR

Gererdus Segers pinxit.

Martinus vanden Enden excud.
Antuerpiæ Cum priuilegio Regis



S. IOANNES

Mart. vanden Enden excud. Antverp. Cum priuilegio.



S. PHILIPPVS

Gerardus Segers pinxit

Martinus vanden Enden excud
Antverpiæ Cum priuilegio Regis





S. BARTHOLOMÆVS

Gerardus Segers pinxit. *Martinus vanden Enden excudit*
Antuerpiæ Cum priuilegio Regis.



S. THOMAS.

Gerardus Segers pinxit. *Martinus vanden Enden excud.*
Antuerpiæ Cum priuilegio Regis



S. MATTHÆVS

Gerardus Segers pinxit　*Martinus vanden Enden excudit Antuerpiæ Cum privilegio Regio.*



S. IACOBVS MINOR

Gerardus Segers pinxit.　*Martinus vanden Enden excudit Antverpiæ Cum privilegio Regis*



S THADÆVS

Gerardus Segers pinxit Mart. vanden Enden excud. Antuerp.



S. SIMON

Mart. vanden Enden excud. Antuerp. Gerardus Segers pinxit.





S. MATTHIAS

Gerardus Segers pinxit. *Mart. vanden Enden excud. Antuerp.*



S. PAVLVS

Gerardus Segers pinxit. *Mart. vanden Enden excud. Antuerp. Cum privilegio Regis.*





Persarum quondam Regi, dum deuia lustrat,
Obuia fit cultu Fœmina culta nouo.

Ducit equum, data pensa trahit, sobolemq; mamillis
Admouet, acceptam vertice gestat aquam.

Quis non Fœminei stupeat miracula sexus;
Vnica quod tantum Fœmina portet onus?



